22

Consensus ad obligandum Villa Syedlno tenute Tucholien:

Alexander Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae que dominus et haeres &c Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis. Quomodo coram Maiestate nostra personaliter constitutus Magnificus Nicolaus de Cosczelecz Palatinus Bresten: et Capitaneus Tucholien: publice recognovit. Quia nostro consensu ad id accedente quem praesentibus praebemus villam nostram Syedlno Tenute sue Tucholien: in districtu eodem sittam in mille florenis Hungaricalibus puri auri veri et iusti ponderis, inscripsit et obligavit et tenore praesentium obligat Nobili Joanni Dziatynski de Wolya filio olim Generosi petri Castellani Slunen: per eundem Johannem et suos legitimos Successores villam praedictam nostram Syedlno, iuxta vim et tenorem inscriptionum originalium super eandem villam per olim antecessores nostros iuste dat armis, tenendum et possidendum pacifice Quam quidem Nicolaus palatinus se inscribit et obligat praesentibus praefatum Joannem et suos legitimos successores in praedicta tenuta ville Syedlno tueri defendere et evincere a cuius vis persone impedimento cuiuscunque status et conditionis existat et quodcunque damnum, magnum vel parvum praefatus Joannes in praedicta obligatione dicte ville perceperit, hoc non ipsius damnum sed praefati palatini et suorum successorum fore debet ad simplicem assertionem praefati Joannis sine ipsius iuramento corporali salvis iuribus

et

et laboribus nris consuetis harum quibus Sigillum est sub
appensum testimonio literarum Datum Thorunia feria
6ta proxima post festum Sancti Stanislai Anno a
Natavitate Domini Millesimo Quingentesimo quarto
et Regni Nri Anno tertio.

Johannes de Lasko R. C. Cancellar.

Ta kopia przepisana z Originału
pargaminowego pruzniętego
dnia piętnastego Miesiąca Czer-
wca Roku Pańskiego 1784
U dołu pieczęc wisząca od
padła